

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conpleteens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1743

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546733

PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733|LOG_0038

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

XV. H O O F D S T U K.

Tittius. Titti.

HÆc etiam latifolia est arbor, sed altitudine & crassitie præcedentibus longe inferior, ita ut ejus truncum unus complecti possit vir, qui corticem gerit glabrum & cinereum, succosumque, coma ejus densior est, brevioribusque constat ramis quam præcedens.

Folia gerit ampla, plerumque subrotunda vel oblonga, inferius in rotundum desinentia, brevibus crassisque insidentia petiolis, plerumque opposita, crucemque obliquam efformantia, decem, tredecim, & quindecim pollices longa, subtus lanuginosa seu pilosa, ut & eorum petioli, plurimaque simul ramorum extremitati increscunt. Flores magnis & ramosis in racemis progerminant campaniformes Hyacinthorum more, ex quinque crassis formati petalis, extrorsum inflexis, calicem referentibus, coloris albescens intus purpurascentes. Uni autem istorum petalorum increscunt quatuor vel quinque crassiæ & firma stamina erecta, quorum bina breviora sunt, antheras luteas gerentia, & parum inflexa, cætera floris pars concava est: si vero hic adcurate examinetur, bina posteriora & minima petala concreta sunt, triaque reliqua majora & longiora extrorsum flexa, & ad oras parum circinnata, unde & in floris centro quatuor tantum stamina sunt, antheras gerentia, quantum vero pistillum est: Petalorum ac florum odor dulcis quodammodo est, sed debilis; ex floris centro fructus excrescit instar minoris pruni, non perfectæ sphæricus, sed irregularis, parumque gibbosus, plerumque campaniformis, superius nempe latissimus, sed clausus nec umbilicatus, sed parvo apice ornatus, perfecte rotundus si maturus: Caro arctissime nucleo junxit & adhæret ipsi firmissime, estque succosa admodum uti in prunis, sed ingrata & amara.

Nucleus interior quoque campaniformis est, inferius parum excavatus, in medio tuberosus, externe rugosus, & in quinque protuberantes angulos distinctus, substantiæ lignosæ. Arboris lignum est album, leve, molle, nec durabile, ad parva tamen navigia usitatum.

Anni tempus. Flores Januario mense progerminant, quo & fructus maturi conspicuntur.

Nomen. Latine *Tittius*, secundum Amboinense *Caju Titti*.

Locus. In Amboinæ insulis crescit non tantum sponte in humilibus & proximis silvis, sed ab Amboinenibus quoque in hortis silvestribus seritur ac colitur, donec crassum gerat truncum, atque propagatur tam semine quam stipitibus. In altis vero montibus ac densis silvis non late viget, sed ad ipsarum oras & in locis ventosis.

Usus. Amboinenses maxime hanc amant arborem, ac diligenter eam colunt, quum ejus lignum adeo aptum sit ad monoxyla ex ipso formanda, quum tam leve sit ac facilime excavari possit, quæ cymbæ quotidiano ipsis inserviunt usui, tam ad circumnavigandum quam ad pescandum, quas summa cum alacritate in terram & etiam in aquam norunt adtrahere, quæque in aqua marina satis durabiles sunt, dulcis vero illas cito corrumpit & inficit: Hinc fit, ut quævis fere arbor suum habeat dominum, nec licitum est cuivis eam cædere: Hoc vero incolam dono naturæ tribuire oportet, unde tam commodum adquirit lignum, quo si destitueretur, minorum ac levium navigiorum commodo & usu defraudaretur, alia equidem satis durabilia largitur natura ligna, sed haec non ita levia aquæ innatant, neque adeo facilis elaboratu sunt.

Recens arboris cortex contritus & contusus, ejusque succus expressus cuncta carnis vulnera & ulceræ curat, læviter enim detergente virtute sua haec deperat, lenique adstrictione illa curat.

P. S. *Tittius* duplex est, rubra & alba, foliorum forma non multum differens, excepto quod illa rubræ speciei paulo majora sint, in longum apicem desinentia, ac subtus magis lanuginosa, binæ quoque prope pedunculum majores venæ fuscæ sunt. Illa alba pauco minora sunt, rotundiora, nec subtus lanuginosa, sed parum rugosa, omnesque venæ albiant.

Tittie-Boom.

DIt is mede een groot-bladige boom, aan hoogte en dikte de voorgaande veel wykende, zynde den stam ordinaris zo dik, dat hem een man omvademen kan, met een evene, ligt-grauwe, sappige schorisse, de kruyn is digter van loof, en korter van takken dan de voorige.

De bladeren zyn groot, meest rond of wat langagtig, agter met ronde billen, op korte dikke steelen, meest tegens malkander staande, en een schuyns kruys uitmakende, 10. 13 en 15. duymen lang, 9. en 12. breed, van onderen wulachtig of ruyg, gelyk ook de steelen, en staandt op malkander aan 't voorste der takken. De bloemen kommen voort aan groote en getakte troffen, in gedaante van klokken of Hyacinthen, te weten van vyf vette blaatzjes gemaakt, uitwaarts gebogen, en een kelkje makende, vuyl-wit van kleur, en binnen wat peers. Tegen een van deze vyf blaatzjes zyn 4. of 5. dikke en styve draden vast gegroeyt, waar van twee korter zyn, met gele noppen, en wat inwaarts gebogen, de rest van 't kelkje is hol: als men de bloem wat nauwer beziet, zo blykt dat de twee agterste en kleenste blaatzjes een blad uitmaaken, en de drie andere grotere hangen uitwaarts gebogen, en aan baare kanten wat gekrult, daarom ook binnen eygentlyk maar vier draden staan met noppen, en 't vyfde is een stieljetje, de reuk van knoppen, bloemen, en bladeren is wat zoet, dog flap, uit 't onderste dezer bloemen groeid de vrugt, als een kleene pruyme, niet regt rond, maar ongeschikt en wat buldig, meest kloks-wys, te weten vooren breedst, dog gesloten, zonder navel, maar wel met een kort spitsje regt rood, alsze ryp zyn. Het vleesch hangt zeer vast aan de korl, en is zeer zappig, gelyk in de pruymen, onlieffelyk, en bitter.

De binnenste korl is klokgewys, van onderen wat hol, met een heueltje in de midden, buyten ruyg, en met vyf uitstekende kanten geribt, boutachig van substantie. Het hout is wit, ligt, week, en niet durabel, egter tot 't maken van kleene vaartuigen gebruikelijk.

Sayzoen Zy bloeyen in Januari, wanneer men ook de rype vruchten ziet.

Naam. In 't Latyn *Tittius*, na 't Amboinsche Caju Titti.

Plaats. Het waft in de Amboinsche Eilanden, niet alleen van zelfs in de laage en naaste boschen, maar werd ook van de Amboinezzen in baare bosch-tuynen gezaayt en gehavent, tot dat 't een dikke stam gewint, latende zig voortplanten, zo door 't zaat, als door stokken. In 't hoge gebergte en digte boschen wil 't niet waften, maar wel aan de kanten van dezelve, en op lugtige plaatzten.

Gebruik. De Amboinezzen houden veel van dezen boom, en queken hem zorgvuldig aan, om dat zyn bout zo bekwaam is, om kleene prauwen of houte schuytjes daar van te maaken, om dat 't zo ligt is, en gemakkelyk om uytte bollen, welke schuytjes zy tot baare dagelykze nood-druft gebruiken, zo om been en weer te vaaren, als om te vijschen, dezelve met een vaardigheid van, en op 't land balende, die ook in zee-water redelyk durabel zyn, maar 't zoet water doetze haastelyk bederven: Hier van daan is 't, dat bykans ieder boom zyn Eygenaar heeft, en men magze niet zonder toestemming omkappen, 't welk den Inlander de goedheid der nature te danken heeft, die hem zulke een gemakkelyk bout laat waften, zonder het welke hem het gerief van ligte vaartuigen zeer bezwaarlyk zoude vallen, want daar zyn genoeg andere bouten die durabel zyn, maar niet zo ligt op 't water, en gemakkelyk te bearbeyden.

De versche schorisse gevreven of gestampt, en bet zap uitgedrukt, geneest allerley vleesch-wonden en Ulceration, met een fyne afvegende kragt dezelve zuiverende, en voorts met een zagte adstringtie heelende.

P. S. *Titti* is tweederley, rood en wit, aan 't fatzoender bladeren niet veel verschillende, behalven dat die van 't rode wat grooter zyn, met een lange spits, en van onderen merkelyk wulachtig, ook hebben de twee grootste aderen by den steel wat bruyns. Die van 't witte zyn een bayrtje kleender, ronder, en van onderen niet wulachtig, maar slechts wat ruyg, en alle de aderen witachtig.

Het



Albae speciei lignum multo aptius est ad navigia illa minora, quum facile intumescat & aquam adiugat, sed cito iterum exsiccatur, nec rimas agit, e contra rubra lignum gerit magis ruffum, facile quoque intumescit, sed, si siccatur, facile finditur, unde alba potissimum colitur, rubraque silvestris habetur.

Tabula Vigesima

Ramum exhibet *Titti*.
Ubi Litt. A. ejus fructum,
B. Vero ejus officiale seminale denotat.

AANMERKING.

Tittius a Valent. in *Amboinae descript.* pag. 221. quoque commemoratur, & in *Tab. sub No. LV.* exhibetur.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Tittius Litorea. Saoly.

Hæc *Tittii* species est *litorea*, truncum gerens multo humilorem ac tenuiorem praecedenti, qui que plerumque incurvus est, inclinat, & haud multo crassior est crure, aliquando autem ad hominis crassitiem excrescit, ejus rami sunt pauci & incurvi, corticem gerentes nigricantem, rugosum, ac nodosi sunt per vestigia decidiuorum foliorum, quique medulla fungosa sunt repleti, in horum summo folia copiose locata sunt arcta sibi juncta binaque opposita, obliquam efformantia cracem, quæ illis *Tittii* quam simillima sunt, sed breviora & flaccidiora, formam habentia plani remi, inferius nempe angustata, superius lata & rotunda, in obtusum apicem definentia, novem ac decem pollices longa, sex septemve lata, superne glabra, inferne lanuginosa, plurimis pertexta crassis & obliquis costis, petiolis autem crassis & curtis insident, subtus purpurascensibus, quales & costæ longitudinales sunt.

Flores brevibus crassisque insident pedunculis, qui primo coronam efformant densam, capita acuta sustinent, quorum longissimum medium est, quæ in flores explicantur, atque illos *Manoræ* referunt, sed sunt infundibiformes, fœseque aperiunt in septem octoque petala extensa & sursum elevata, sordide albentia, gratum quodammodo odorem spirantia, sed debilem, ac facillime decidentia, quum filamentum in conspectum venit longum, quod capitulo insidet viridi & in fructum excrescit. Hic semi-^{adulteri} refert *Ficum*, vel fructum *Siri Boppa*, sed caseiformis est, viridis, ac demum nigricans, supra circulo cinereo notatus, ac fovea impressus, ubi & cordiformis est, ac porro repletus medulla fungosa & sicca.

Arboris lignum est album, molle, & inutile: Locis crescit faxolis, seu in litoribus ad declives montium pedes sitis, ad silvæ oram declinans, acsi ab aliis premeretur, & expelleretur fruticibus.

Nomen. Latine *Tittius Litorea*. Malaice a quibusdam *Titti Laut*. Amboinice in *Hitoe Saoly* & *Aylaun Umali*, in Leytimora *Mabecul* & *Aylaun Maccur*, alii illam Malaice vocant *Pamali*, h. e. *Folium infustum*, quum pescatores hoc folium pro malo habeant omnino ad pisces capiendos, si in navigiis suis decidat.

Locus. Hujus saepe una alterave arbuscula obcurrit in remotis ac solitariis litoribus faxosis, potissimum vero in *Hitoes ora* & *parva Cerama*.

Usus. Non sunt in usu ejus folia vel lignum, sed, ut dictum fuit, ejus folia ab Amboinenibus pescatoribus maxime exprobrantur, ita ut inter tigna hujus libri hæc arbor numerata sit tantum ob adfinitatem praecedentis *Tittii*: Trunci vero cortex in re *Medica* habet usum, ejus enim frustum ad digitum longitudinem in diametro cum paulo majore quantitate corticis radicum *Socci Saxatilis*, aquæ incocitus & propinatus, in veteratam curat *Dysenteriam*, quod medicamentum institutum fuit in trienni infante meæ familiæ, qui per tres menses *Dysenteria* laboraverat, ac frustra pluri-

Het bout van 't witte is veel bekwaamer tot praaussen, om dat 't wel ligt opzwelt, en 't water inzuigt, maar ook weder ligt opdrogt, en niet scheurt; daar en tegen 't roode geslagt is roffer van bout, zwelt mede ligt op, maar in 't droogen scheurt het, daarom werd 't witte meest aangeplant, en 't roode voor wilt gehouden.

De twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Titti-Boom*.
Alwaar Lett. A. de vrucht aanwyft,
B. De Zaat-korrel.

OBSERVATIO.

De Titti-Boom wert by *Valent.* in de beschrywing van *Amboina*. p. 221. mede vermeld, en op de Plaat onder No. LV. verbeeldt.

XVI. HOOFDSTUK.

Strand *Tittie-Boom*.

Dit is een strand-geslagte van *Titti*, veel lager en dender van stam dan de voorgaande, die ook meest krom is, en voorwaarts bellende, niet veel dikker dan een dye, somtyds als een man, de takken zyn weinig en krom, swartachtig van schorisse, ryg en knobbelachtig van de littekenen der afgevalle bladeren, van binnen met een voos merg, aan 't uitterste der zelver staan de bladeren digt agter malkanderen, twee en twee tegens malkanderen, en een schuyns kruys makende, dezelve zyn die van *Titti* meest gelyk, dog korter en slapper, zy hebben de gedaante van 't platte van een riem, te weten agter smal, vooren breed en rond, met een stompe spitze, negen en tien duymen lang, zes en zeven breed, boven glad, maar van onderen wolachtig, met vele dikke en zeer schuynze ribben, staande op korte dikke steelen, die van onderen wat paars zyn, gelyk ook de middel-ribben.

De bloemen komen voort op korte dikke steelen, eerst vertonende een digt kroontje van spitze knoppen, staande 't langste in de midden, waar uit de bloemen werden: De bloemen gelyken die van *Manoor*, dog hebben langere balzen, gemaakt van zeven of agt blaadjes, die wyd geopen staan, en met haer eynden opwaarts gebogen, vuylwit, eenigzins wel riekkende, dog slap en ligt afvallende, agter latende een lang draatje, op een groen knopje, daar uit de vrucht werd. Dezelve gelykt een half volwassene vyg, of de vrucht van *Siri Boppa*, kaasvormig, groen, ten laatsten rookachtig, boven op met een graauw cirkeltje, en pleyn daar binnen, daar ze ook wat bartachtig is, en voorts van binnen met een voos en droog merg gevult.

Het bout is wit, week, en ondeugent: Hy wast op steenige stranden, die aan de voet van 't lege gebergte zyn, even aan de rant van 't bosch voor overhellende, als of by van de andere rygte gedrukt wierde.

Naam. In 't Latyn *Tittius Litorea*, in 't Maleys by zommige *Titti Laut*. Amboinsch op *Hitoe Saoly* en *Aylaun Umali*, op Leytimor *Mahecul* en *Aylaun Maccur*, andere noemen hem in 't Maleys *Pamali*, dat is ongelukkig blad, om dat de visschers dit blad voor ongelukkig houden om visschen te vangen, als zy het by bun in de praauw hebben.

Plaats. Men vind dit boomje hier en daar een, op afgevallen en eenzaame steenachtige stranden, meest op de Kust van *Hitoe*, en kleen *Ceram*.

Gebruik. Het heeft ook geen zonderlyk gebruik, nog van bout, nog van bladeren, zynde daar en boven, als gezegd, by de Amboinsche visschers een gebaat gewas, zodatze onder de timmerbouten dieses Boeks getrokken is, slechts voor een maagschap met 't voorgaande *Titti*. De schorisse des stams heeft egter nog een medicinaal gebruik, want een stukje daar van een vinger lang in 't vierkant, met ruym zo veel schorisse van de wortel van *Soccus Saxatilis*, in water gekookt en gedronken, geneest de verouderde roode loop, zynde in myn buys aan een drie-jarig kind geprobeert, dat wel drie maanden aan roode melizoen gegaan,